



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

46 Detractores non admittere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

si tui res cognoscas, memento nō omnia statim, quæ ab his referuntur, credenda, sed diligentem considerationem adhibendam esse. Per multi enim eorum vel odio aliorum, bona eorum affectantes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob postulatam & non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut cōtra Imperatorem alienius facti vel dicti improbi eos onerāt. Ideoque non temerè fides eis est adhibenda, sed omnia accuratè examinanda. Quod si enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno; festinando autem fieri potest, ut peccatum aliquod irreparabile admittas.

7. Cùm *Maryaretha*, Henrici VI. Anglorū Regis vxor, æmulorum falsis delationibus præpoperè credidisset, ac Humfredum Glocestriensem Ducem, virum optimum regni administratione submotum, & in vincula deiectum indicta causa stragulari permisisset, haud multo post ab Eduardo IV. marito eius captus, filius eius trucidatus, ipsa in exilium eiecta, innocenti sanguini pœnas dedit. *Polyd. lib. 24.*

## SIGNVM XLVI.

DETRACTORES, SEV OBTRÉ-  
ctores reprobare, non admit-  
tere, &c.

*Detractores  
non admit-  
tere.*

1. *Alexander Macedo*, cū familiaris quidā aduersarium suum traduceret, altera manu aurem obstruxisse fertur, ut illam puram absenti relinqueret. *Melissa par. 1. ser. 53.*

2. *Rex David* ait Psalm. 100. *Detrahentem se-*  
cretū

eretò proximo suo hunc persequer.

Vide fig.  
num 16.

3. *Agasilans Rex Laced.* quoties audiebat ab  
quos ab alijs laudari, aut vituperari, existimabat  
non minus discendos esse eorum mores, quib.  
quebantur; quàm eorum, de quibus loquebantur.  
Quo dicto sensit vir prudentiss. eos, qui aliam  
laudi obtreçant, magis proderè morbum ferre  
quàm detegere morbos alienos. *Plut.*

4. *Vespasianus & Titus Impp.* ad eò aliena facta  
obtreçtatores infectati sunt, & odio proleçti  
veluti publico exitio destinatos, vt flagellati  
fos per Amphitheatri arenam spectandos traherent.  
*Alex. ab Al. lib. 3. Gen. c. 22.*

5. *Domitianus*, inter Imperij monstra con-  
meratus, hac in re solùm sapere visus est, qui  
detractores contempserit, & ab Vrbe expulsi  
hanc vocem diligenter vsurpans: *Obtreçtatores  
& calumniatores qui non castigant, irritant.* *Vid.*  
versus:

*Absint à mensa, detractio, fletus, & ira  
Sed cum letitia sumatur potus & esca.  
Vide Theat. hist.*

## SIGNVM XLVII,

Dei cultum  
promouere.

DEI, SEV DIVINVM CUL-  
tum promouere.

1. *Atheniensium Magistratus* varijs modis  
nati sunt efficere, vt populus quàm ma-  
niè frequens ad concionem ventitaret. Obiecti  
enim repagulis quibusdam, vias reliquas occlu-  
debant, quæ non ducerent ad forum, tum mercatores  
tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia ibi con-  
sare